



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 92. Sententia hæc a Rege confirmata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Cum ergo potior illorum pars Joannis Par-  
vi apologiam, sub titulo, *Justificatio Du-*  
*ois Burgundiæ*, necnon novem illas pro-  
positiones ex ea depromptas condemna-  
ret, die vigesima tertia Februarii a Pari-  
sienſi Episcopo, ac ab Inquisitore hære-  
ticæ pravitatis in omnes istos libellos pœ-  
na rogi decreta, hæcque sententia die  
vigesima sexta ejusdem Mensis promul-  
gata, atque executioni data est. Hæc  
igitur Joannis Parvi doctrina tanquam  
erronea in fide, bonis moribus contraria,  
& scandalosa damnatur, & dicti libri ex-  
emplaria ad Episcopum deferri jubentur,  
omnibus autem supradictas assertiones  
defendere vel docere severis pœnis in-  
hibetur.

## §. XCII.

*Hæc sententia a Rege publicis literis  
firmata.*

Die decima sexta Martii ejusdem anni  
Rex ad omnes suos Senatus regias  
expedivit literas, quibus Parisiensis Epi-  
scopi, necnon Inquisitoris sententiam ra-  
tam habuit, atque in tabulas publicas  
referri præcepit. Nihilominus Parisien-  
sis Parlamenti actis inserta non fuit, nisi  
primum die decima quarta Junii Anno  
Salutis millesimo quadringentesimo de-  
cimo sexto.

Aa 3

§. XCIII.